

supra N. 5913. Quartum duovir fuit a. u. c. 751/2 teste titulo infra N. 6391. Quinquennalitatis eius mentionem faciunt etiam tituli scariphati IV 1886. 1918. Idem nomen praeterea inter signatores apochae n. LXX. — 2) De errore quodam, quem quadratarius hoc loco commisit et mox correxit, Zangemeister l. c. p. 968.

6362 M. Holconio Celeri | d. v. i. d. quinq. designato, | Augusti sacerdoti¹.

6362^a M. Holcónio M. f. Celeri | sacerdóti divi Augusti.

Pompeii rep., prior titulus in theatro maiore, nunc Neapoli in museo, alter incertum quo loco rep., est item Neapoli in museo (X 840. 945 vidit Mommsen). — 1) Ex his titulis et tertio X 946 Mancinius collegit Celerem designatum esse duovirum vivo Augusto, intuisse magistratum post mortem eius (kal. Iul. a. p. Chr. 45, ut iudicat Mommsen ad X 840). — Eadem Celeri positus est titulus X 946, eidem aut Holconio Rufo X 944. Idem una cum Holconio Rufo posuit titulos theatri Pompeiani X 833—835 (supra N. 5638).

6363^a M. Lucretius L. f. Dec. Rufus | IIvir. iter. quinq., | trib. milit. a populo, | praef. fabr.

6363^b M. Lucretio Decidian. | Rufo d. v. III quinq., | pontif., trib. militum | a populo, praef. fabr., | M. Pilonius Rufus.

6363^c M. Lucretio Decidian. | Rufo, IIvir. III quinq., | pontif., trib. mil. á populo, | praef. fabr., ex d. d. | post mortem.

6363^d M. Lucretius Decid. | Rufus IIvir. III quinq., | pontif., trib. mil. | á populo, praef. fab. | M. Decidius Pilonius | Rufus reposuit.

Pompeii rep., quattuor tituli, primus prope forum, secundus et tertius in ipso foro, quartus in curia Iaciaca q. d. (Notizie degli scavi 1898 p. 171; X 788. 789. 854 hos vidit Mommsen).

6364	M. Lucretio flam. Martis decuri-
	Pompei. oni

Pompeii, inscriptio epistulae pictae una cum instrumento scriptorio in pariete cubiculi domus privatae (IV 879; Mau Pompeii p. 549).

6365 M. Alleio Luccio Libellae patri, aedili, | IIvir., praefecto quinq.¹, et M. Alleio Libellae f., | decurioni, vixit annis XVII, locus monumenti | publice datus est. Alleia M. f. Decimilla, sacerdos | publica Cereris, faciendum curavit viro et filio².

Pompeii extra portam Herculaneensem (X 1036 vidit Mommsen). In eiusdem lapidis parte aversa idem titulus repetitus est, sed versibus aliter divisus. — 1) Duovir iure dicundo quinquennalis fuit a. p. C. 26, teste titulo X 896. Memoratur praeterea in titulo supra N. 3207. — 2) In altero ex. est filo.

6366 A. Umbricio A. f. Men. | Scauro¹ | IIvir. i. d. | Huic decuriones locum monum. | et HS ∞ ∞ in funere et statuam equestr. | [in f]oro ponendam censuerunt. | Scaurus pater filio.

Pompeii extra portam Herculaneensem, in monumento ornato anaglyphis opere tectorio confictis, quibus repraesentantur gladiatores (X 1024 vidit Mommsen). —